



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

4tus Modus reflectere ad peccata & 4. novissima.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

nis, *In 2da* Conservationis & gubernationis, *In 3tia* Redemptionis, *In 4ta* vocationis ad fidem Catholicam, religiosum statum, &c. *In 5ta* Justificationis sæpiùs per Sacramentum Confessionis reiteratæ, beneficiorum item aliorum particularium. *In 6ta* glorificationis in cælo; quam Deus tibi ab æterno præparavit, & quâ te in æternum fruiturum speras. Et similiter post quamlibet decadem altiùs idem beneficium paulisper rumina, & prorumpe in congruos affectus gratiarum actionis, contritionis fac propositum hoc illud beneficium meliùs imposte- rum agnoscendi, ejusque finem assequendi,

*4tus Modus reflectere ad peccata § 4. novissima.*

**Q**uartus Modus cujusdam hic erat. Habe-  
bat Rosarium ex quinque decadibus, *Qua-  
rum prima* decem minora grana erant di-  
versi coloris, & in ea post verbum *Jesus* revo-  
cabat in memoriam multitudinem & diversita-  
tem peccatorum suorum, & petebat veniam,  
*In 2da decade*, cujus grana pallidi erant coloris  
post verbum *Jesus* cogitabat de primo ex 4tuor  
novissimis scilicet morte, quomodo se ad eam  
scilicet indies præpararet, & petebat. Ut tunc  
*Jesus* esset ei *Jesus* sive Salvator. *In 3tia deca-  
de*, cujus grana erant rubra, post verbum *Je-  
sus* recolebat desflagaturum per ignem, mundum,  
& extremum diem judicii, & petebat à dextris  
tunc collocari prævio propitio judicio particu-  
lari. *In 4ta decade*, cujus grana erant nigra  
post verbum *Jesus* descendebat in inferni igneas  
tene-



tenebras vivens, ne descenderet mortuus. *In 5ta decade*, cujus grana erant tūm aurei tūm cœrulei coloris post verbum *Jesus* oculos mentis attollebat in cœlum, & mox in affectum gaudii, mox ardentis desiderii, mox doloris de cœlo toties per peccatum perditō prorūpebat.

*5tus Modus cum omnibus Angelis & SS. laudare B. V. & per septem decades,*

**Q**uintus Modus orandi cum fervore & alacritate Rosarium est hic. *In prima decade* conjungis te Choro Angelorum dicens: *Ave Maria Regina Archangelorum & Angelorum.* Post verba *Sancta Maria* dicitis: *Decies millies benedico ac laudo te cum Angelis & Archangelis* hic in terris, postmodum te in æternū laudaturus in cœlis in hunc finem Mater Dei ora pro nobis &c. *In 2da decade* conjungis te Patriarchis, Prophetis, & omnibus Sanctis veteris testamenti dicens: *Ave Maria, Regina Patriarcharum, Prophetarum, omniumque V. testamenti Sanctorum.* Post verba *Sancta Maria*: *Vigesies millies benedico te ac laudo cum Patriarchis, Prophetis, omnibus SS. V. testamenti hic in terris, & postmodum in æternū te laudaturus cum illis in cœlis.* In hunc finem Mater Dei ora pro nobis &c. *In 3tia decade* conjungis te Apostolis, Evangelistis, aliisque Domini Discipulis. *In 4ta* conjungis te Martyribus. *In 5ta* Confessoribus. *In 6ta* SS. Virginibus, Viduis conjugatis in cœlo regnantibus. Et ad Ave Maria salutas illam *tanquam Reginam Apostolo-*